

**2005-10-29 – SS Benedictus XVI – Littera ‘Nos Vota Fratrum’**

**BENEDICTVS XVI**

**LITTERA APOSTOLICAE  
QUIBUS SUMMUS PONTIFEX  
INSCRIPSIT IN ALBUM BEATORUM  
SERVOS DEI**

*Iosephum Tàpies et 6 Sodales  
atque Mariam de los Angeles Ginard Martí*

Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Henrici Vives Sicilia, Episcopi Urgellensis, et Antonii Mariæ Cardinalis Rouco Varela, Archiepiscopi Matritensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Tàpies et sex Socii et Maria ab Angelis Ginard Martí Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum:

Iosephi Tàpies et sex Sociorum die decima tertia Augusti et Mariæ ab Angelis Ginard Martí die tricesima Augusti, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

*Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die undetricesima mensis Octobris anno Domini bis millesimo quinto, Pontificatus Nostri primo.*

**BENEDICTVS PP. XVI**